



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXI. Hadrianus III. Anno Christi 884. Caroli Crassi 5. Basiliæ Macedonis 18.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

*nix erat, dixerunt Quartum, & sic deinceps Quintum, placuit morem eundem saltem notare in titulo.*

Pagius ad an. 882. §. 10. *Marinus à recentioribus scriptoribus Martinus II. appellatur, sed non discedendum ab Antiquis, & à Catalogis Pontificum Romanorum, in quibus semper Marinus nominatur. Vide annotat. 1. ad Martinum IV.*

(2) *Basilus Imperator in epist. ad Hadrianum III. Marini successorem, quæ Hadriano vitâ jam defuncto, reddita est Stephano V. contendit, Marinum, quod esset Episcopus alterius Ecclesiæ, non potuisse ad Romanam transferri, ideoque vitio creatum Pontificem fuisse. Stephanus in epistola ad eundem Basilium, quæ est in Annalibus Baronii ad an. 885. §. 9. & in Conciliis Labbei tom. 8. pag. 1391. & tom. 9. pag. 366. negat, Marinum, antequam Pontifex fieret, Episcopum fuisse: quod etsi concederet, tamen licuisse summum ei Sacerdotium dari.*

CXI.

**HADRIANUS III.**

ANNO CHRISTI 884.

CAROLI GRASSI 5. BASILII  
MACEDONIS 18.

**H**ADRIANUS III. Benedicti  
filius, Romanus, quem Agapetum



perum antea dictum scribunt aliqui. Bar. an;  
 (1) Anno 884. exitu mensis Maji, 884. §. 1.  
 aut principio Junii Pontifex renun- Pag. §. 1.  
 ciatus est. Hic quoque Photium  
 execratus dicitur, insectatusque ut  
 laicum. Idem instinctu Italorum  
*insignia duo decreta fecit, unum pro*  
*Romanorum libertate, ut Pontifex desi-*  
*gnatus consecrari sine presentia Regis,*  
*aut Legatorum ejus posset: (2) alterum*  
*pro dignitate Italia, ut moriente Rege*  
*Crasso sine filiis, Regnum Italicis Prin-*  
*cipibus una cum titulo Imperii tradere-*  
*tur. (3) Altero Pontificatus anno*  
 885. iter in Galliam suscepit accitu  
 Imperatoris. Pado vix transmissa Bar. an.  
 in morbum implicitus, mense Sep- 885. §. 1.  
 tembri est mortuus, cum & 2. annum 3  
*mensis ferme quatuor Romanæ Eccle-*  
*siæ præfuisset. Sepultus est in Cœ-*  
*nobio Nonantulano, quod quinque*  
*millia passuum à Mutina in Orien-*  
*tem abest.*

## ANNOTATIONES.

(1) Sigonius lib. 5. De Regno Italiae ad an.  
 884. pag. 223. Ciaconius, & Oldoinus, in  
 nova additione ad Ciaconium, qui quidem  
 Oldoinus è vestigio subjicit hæc: *unde for-*  
*rasse factum, ut Sigebertus & Maria-*

Hh 4

Hh 4



*nus Scotus Papam quendam Agapetum inter Marinum & Hadrianum III. interjecerint.*

Alii è diverso ajunt, inde obortam opinionem de Hadriano III: appellato ante Pontificatum Agapeti nomine, quod Sigbertus & Marianus Scotus tradiderint, Agapetum quendam proximum ante eum fuisse Romanum Pontificem.

(2) De hoc decreto meminere etiam Platina, Ciaconius, Mabillonius commentario in Ordinem Romanum cap. 17. pag. 114. & Pagijs ad an. 884. §. 2. Vide annotat. 1. ad Stephanum V.

(3) Sigonius De Regno Italiae lib. 5. ad an. 884. pag. 224.

Hoc decretum falsum ac spurium esse, autumant nonnulli. Cur autem Itali cogitaverint de Rege creando ex gente sua, narrat Sigonius proximè ante verba recitata: *Jampridem Italici, Romanique veteres spiritus recipere coeperant, ac Franci Imperatoribus, Regibusque contemptis, post imminutas opes, & exorta inter eos certamina, coeptis, externum jugum à cervicibus dejicere cupiebant. Itaque Saracenos impunè Italiam, Ecclesiamque populantes, ipsorum Regum incuria, indignati ipsi, res aliquando respicere suas viresque florentis demum perpendere Italia instituerunt. Omnium una vox erat, quando Crassus virili stirpe careret, qui*

unus



unus antiquâ virtutis indole præditus ex  
 Caroli Magni legitimâ progenie superes-  
 set, cui propter egregia erga Italiam  
 atque Ecclesiam merita Imperii titulus  
 commissus fuisset, tempus voce propè  
 missa monere, ut aliquando tandem sibi  
 ipsis consulerent, neque id decus cum alia  
 gente communicare vulgari ve permitte-  
 rent. Non adeo veterem indolem Ita-  
 licæ virtutis exolevisse, quin unus ex  
 multis reperiri in ea possit, qui avitam  
 representare consilio atque officio impe-  
 ranti gloriam queat. Haud dubie, si  
 Rex præsens Italiam gubernaret, matu-  
 rius cum omnibus hostium irruptionibus  
 occurrerem, & salutem, dignitatēque  
 Ecclesie tutaturum. Suffragabatur huic  
 sententia aliena Reip. ipsius quoque Crassi  
 Imperatoris absentia, qui durissimo &  
 remotissimo bello implicuitus, rationibus  
 Ecclesie atque Italia præsens servire non  
 poterat. His rebus instincti Hadrianum  
 Pontificem adveniunt, eumque, ut saluari  
 decreto in posterum Reip. caveat,  
 orant.

